

sianorum, atque perdicum, castrati annui, hædorum, aiuumque omnium, ac piscium faxatilium, tum etiam testudinum, abunde nutriunt, & benè, sunt enim pingues ex terro molli, nam durum terreum, nutritioni ineptum est.

Proxima pinguis, & dulcibus sunt iucundi saporis misti, ac ita temperati, vt nullam excedentem qualitatem ostendant, velut panis, castaneæ coctæ, & oriza, & multa huiusmodi substantia terrea, molli tamen suavi, atque friabili: talia pluriū nūtriunt, & melius quam dulcia, ac copiosius, non tamen pinguis. Dulcium tamen tenuius est alimentum, hæc omnino utile sunt facultatibus permistis. Post quæ sunt, quæ nullum habent saporem insipida vocata, atque hæc etiam neque dissecant, neque obstruunt, nec astringunt, nec molliunt aluum, nec aperiunt, neque excedentem vlam habent qualitatem, vel quia carent, vel quia obtusam habent, vel omnino ac si non esset, vt dulcium & pinguis.

Contra amara nil prouersus nutritiunt, detergunt, aperiant, attenuant, exsiccant plumbum, & etiam omnia calefaciunt. Occidunt vermes, vt etiam vestibus interposita prohibeant blaetas: nocent membris naturalibus, & præcipue ventriculo, abominationem generant.

Salsa verò attenuant, astringunt, propter mortum detergunt, stimulant, sitim generant, sificant, aluum mouent, putredini resistunt, nutritiunt valde parum: continent enim humidum pingue.

Astringentia obstruunt, roborant, refrigerant, sificant, appetitum mouent, magis quam salsa densant, aluum retinent, morantur in ventriculo: & ideo plus salis nutritiunt, alimentum autem exhibent terreum, crassumque omnibus nocent sensibus, præcipue visui, & auditui.

Austera astringunt magis linguam, quia tenuiora cum sint, magis etiam penetrant: sed non adeò roborant, astringunt, aluumque retinent, nec adeò obstruunt, amica tamen sunt magis naturæ, exsiccant, in actiis qualitatibus, parum à temperamento obsunt. Multa etiam ex his sunt benè odorata, parum nutritiunt, & minus crassum astringentibus, minusque solidum præbent alimentum, appetitum cibi excitant.

Acria excalentiunt vehementer, linguam lœdunt, vrunt, terebrant, incident, resoluunt, putrefaciunt, attenuant: ob ea etiam obstruções aperiunt, minus nutritiunt, etiam quam austera, flatus discutiunt. Quæ humida sunt, oculis nocent.

Acida autem refrigerant, exsiccant, incident, attenuant, omnibus minus quam amaris nutritiunt. Debilitant omnia membra, neruos, oculos, iecur, ventriculum: vehementem cibi tamen excitant appetitum, sitim extinguit, febribus maximè conserunt, & putredini resistunt.

Acerba obsunt ventriculo, intestinis, vtero, iecori, neruis & sensibus omnibus, manifestè etiam dentibus.

Dulcibus amara, & salsa inutiliter copulantur. Insipida omnibus saporibus copu-

lata grata redduntur. Amarum coniunctum falso, aut astringenti, vt in oliu falsa, & absynthio, si amarum vincat gratum, & iucundum efficitur, si vincatur fit horribile, aut fœdum. Nil autem tertius quam si malus odor eis adiungatur. Amarum etiam pingui male sociatur, falso non ita. Acria humida recte salis iunguntur: sicca autem non recte salis iunguntur: sicca autem non recte, fiunt enim odiosa.

Præterea in saporibus hoc est admiratione dignum, quod plura quæ austera sunt, vt mustum, ex labruscis, & vuis acerbis in modica quantitate degustatum dulce videtur. Et glycirizza dulcis est in paruis frustis: amara in magnis, vt recte animaduerit Franciscus Caburatius ex foro Cornelij amicus noster: sic & farcimina tenuissime diniſa, non solùm concoctu sunt faciliora, sed gustu suauiora, & facilius manduntur, quæ regula in omnibus duris eduliis, & potentis saporis, seruari debet. Est autem sapor omnium potentissimus acrius: adeò vt cum omnibus velcantur, aliqua animalia amaro, capellæ vt ibi.

Salices carpetis amaras,

Salso, pisces marini, acido vt oxalide, pleraq[ue] quæ herbis vescuntur alia, cæpas, porros, piper, cinamomum, gingiber, nullum animal attingit: nam sanguinea cum calida sint, abhorrent à tam calido alimento, præterea sapor etiam feruidus, & potens, vt nimium penetret: aquis vt piscibus, venenum quasi est, assuetis aquæ. Iure merito ergo sola acria, & maximè animalia cuncta perfecta refugunt. Sed cur sapores hi potentes, cum exigua in particula sint, dulcedinem referant, causa est, quoniam ob paucitatem moderati sunt, ideoque moderato sapor qui est dulcis similes: at in musto etiam aliiquid dulcis verè inest, aliis ob paucitatem non laedit, sed solùm sentitur: tum vero ob moderationem dulce iuuatur ab eo: omnes enim sapores moderati, præter amarum, dulcis sensum adaugent.

CAP V T XLI.

De succis, & coctione.

*Farcimina
tenuissime di-
uisa.
Sapor omnium
potentissimus
acris est.*

*Succi om-
nes mali sunt
alimenti.
succorum se-
pTEM genera.
succus crudus
ab aquo dif-
fers.*

O B hæc igitur omnes succi mali sunt alimenti, quoniam solida substantia destituantur: sunt autem septem generum, pinguis, dulcis, aqueus, mucosus, vinofus, fatus, & crudus: hicque solus non solùm omnino malus est, sed etiam quæcumque cum illo eduntur, mala efficit. Crudus differt ab aquo: nam aqua, vt alias dixi, neque calida, neque frigida, neque salsa, aut acria, aut putredini obnoxia, sed omnino media quædam substantia est. Pinguem succum diximus parum per se nutritre, cum ipsa substantia probè: dulcis succus minus dulci substantia nutrit, quæ autem sicca est, etiam parum nutrit: Dulcis succus concoctus est, & per se solus melius omni alio, siquidem etiam pingui nutrit. In vuis passis, crudus humor resolutus facit, vt dulce illud bonum sit

*Amara nil
prouersus nu-
triunt.
Amarorum
facultates.
Salsorum fa-
cultates.
Astringentiū
facultates.
Austera &
eorum facul-
tates.*

*Acrium vi-
res.*

*Acidorum vi-
res.*

*Acerborum
vires.
Nota.*